



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LXXXIII. Innovare, Innovatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Et in pract. crim. part. 3. quæst. 15. num. 74. cum seqq. Ita pro rei innocentia & defensione unico testi etiam singulari plena fides adhibetur. Jaf. in rubr. de jurejur. n. 8. quem sequitur Welsemb. i. consil. 19. n. 21. Egid. Boss. in pract. crim. tit. de defens. reor. n. 10. Gabr. comm. concl. lib. 1. tit. de testib. concl. n. 37. Regner. Sixtin. 2. Consil. Marpurg. 16. n. 69. Ita quando de rei innocentia agitur in criminalibus, testibus tam negantibus quam affirmantibus creditur. Bertrand. consil. 189. col. 2. vol. 1. Ludov. Roman. in l. illa col. pen. ff. de V. O. Hyppolit. de Marsil. sing. 541. Roland. à Valle consil. 93. in causa de qua agitur, num. 9. lib. 4. etiam si de credulitate deponant. Gabr. Sayna. in addit. ad Matheylan. sing. 37. n. 12. Hyppolit. de Marsil. consil. 24. Munda cor meum, n. 33. idem tenent Bald. & Salicet. in l. non solum. C. de test. Alex. consil. 76. Vsa inquisitione, lib. 1. n. 5. Jaf. in l. ut vim. ff. de Just. & Jur. n. 4. ita pro ejus innocentia & domesticis testes admittuntur. Jaf. in d. l. ut vim. n. 5. Angel. in pract. crim. verb. ut doctus Titius se defendendo, n. 18. Johan. de Anania consil. 59. visa inquisitione in pr. & quivis alii minus idonei arg. c. litens. 14. de præsumpt. Hostiens. in summa de accusat. rubr. de inquisit. col. 3. vers. sed nunquid infamatus. Bald. Salicet. & Dd. in l. parentes, C. de testib. Joh. de Anania d. consil. 59. in pr. atque hanc sententiam tum æquam, tum etiam communem esse dicit Anton. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 12. n. 23. imò & suspectis testibus in criminalibus pro innocentia rei credi post Jaf. & Cravett. tenet Welsembec. Consil. 19. num. 13. quapropter auctore in probatione deficiente innocentiam juramento purificationis probari defendit Hostiens. in summa de purgat. Canon. n. 3. per cap. fin. de jurejur. ibique gloss. verb. probationum, & in terminis actionis injuriarum l. furti. 6. §. qui iussim. 4. ff. de his qui not. infam. ibiq. gloss. verb. innocentiam. l. non damnatos. 18. C. eod. vid. l. presenti. 6. §. 4. vers. sicut C. qui ad Eccles. conjug. Gilman. 2. 2. vol. 11. n. 4. Quo fit, quod nec statuta exceptionem innocentia: expresse, multo minus tacite (cum juris naturalis sit) tollere possint. Clem. Pastoralis §. uti igitur de re judic. l. unius. 18. §. cogniturum. 9. ff. de quæst. Bald. in l. unic. C. de confess. num. 27. Et in l. 1. num. 3. ff. ne quis eum, qui in sua voc. Paris. consil. 2. n. 155. vol. 4. Gail. 2. de P. P. c. 8. num. 5.

II.

Innocens est is, qui ignorat, quod noceat. Can. innocent. 23. caus. 22. q. 5. Non tamen innocentia semper eadem, sed tres ejus gradus sunt: (1.) malum non facere, (2.) facientibus non consentire, (3.) fortius malum avertere can. ita plene, caus. 23. q. 4. cap. tria sunt cum seq. dist. 45. Gail. 1. de P. P. cap. 1. n. 48.

III.

Innocentia probatur præsumptionibus & conjecturis. Hyppol. de Marsil. consil. 51. n. 54. qualis est, non aufugere cum quis potest. Fr. Burfat. Consil. 215. n. 54. item præsentatio spontanea & conscientia alacris, Decianus Consil. 92. vol. 2. num. 114. seqq.

IV.

Probatur Innocentia etiam uno teste & semiplena aliis probatione, & in ea deducendæ testes consanguinei alique inhabiles admittuntur. Mevius consil. 83. n. 58.

CAP. LXXXIII.

Innovare, Innovatio.

Axioma I.

Innovare aliquid non dicitur ille, qui utitur veteri possessione. Innocent. in c. à memoria. l. lit. pendet.

II.

Innovatio seu confirmatio actus nec novum jus conferre, nec vetus tollere potest, c. quia intentionis. 29. de privil. sed antiquum conservat. c. cum dilectus. 4. de confirm. util. vel inutili. Gail. 2. obs. 1. n. 3.

III.

Innovari nihil debet inter Actorem & Reum lite pendente, ne quis jure suo sine sua culpa privetur. Ungepauer ad Tit. decret. ut lit. pend. nihil innov. n. 1. Carpz. Defin. Consil. Lib. 2. tit. 18. Defin. 287. n. 12.

CAP. LXXXIV.

De Inopia.

Axioma I.

Inopia & paupertas debitoris inanem constituit intentionem, l. nam is nullam. 6. de dol. Mey. P. 1. dec. 31. n. 8. p. 6. dec. 8. n. 1. Hæc regula ut penitus intelligatur, notandum inopiam debitoris dupliciter posse considerari, (1.) ratione rei quæ debetur, quod scilicet ipsa species, quæ est in obligatione, deficit, (2.) ratione personæ debitoris quæ solvendo non est: prior omnino perimit vinculum obligationis, posterior non tollit jus agendi, sed impedit effectum plenariæ executionis arg. l. ubi Donell. C. si ceri. pet. vid. pl. infr. de paupertate.

II.

Ad inopiam vergente marito mulier dotem & donationem propter nuptias petere potest. Rittershus. ad Novell. pag. 259. num. 4. unde autem æstimetur ad inopiam vergere, vid. ibid. n. 5.

CAP. LXXXV.

De Inquilino.

Axioma I.

Apud Inquilinum si quis denunciatione, sive arrestatione, sive interdictione sua hoc effecerit, quò minus hic domino eidemq. locatori ædium pensionem præstaret, ei, qui suam denunciatione præstationem pensionis impedivit, hæc poena irrogatur, ut locatori domus omne damnum, quod inde emergerit, refarcire cogatur, periculum pecuniæ ad ipsum pertineat, & pecuniæ usuras trientes præstet à tempore interpositæ denunciationis,